Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31265
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster



·vi·

17

Ostendam uob q̃ ego facta sum nunc mecum. Auferam septem
eius et erit in diuersipacem. Diuisa sum ciuitas et erit
in conuallem aquarum et ponam eam destruam. Non putabit et non
fodietur et ascendent sicut eam uepres et spine. et nubibus man
dabo ne pluant super eam imbrem. ℣ Surge surge et sta
in excelso et uide iocunditatem que uenit tibi a deo tuo. ℣ Leua in
circuitu oculos tuos tuos et contemplare iocunditatem. Lectio iiii.
Vinea domini exercituum domus israel est et uir iuda germen
delectabile eius. Et expectauit ut faceret iudi
cium et ecce iniquitas. et iustitiam. et ecce clamor. ℣
Luctus ut non fleret quem doluit dominus te. Et auferet ab omne
tribulationem. ℣ Ecce in fortitudine uenit et brachium eius dominabit
et auferet. Lectio v. Ve qui coniungitis domum ad domum
et agrum agro copulatis usque ad terminum loci. Num quid
habitabitis soli in medio terre. In auribus meis sunt hi dicit
dominus exercituum nisi domus multe deserte fuerint grandes et
pulcre absque habitatore. ℣ Ecce uenit dominus in sancto
suo. Coronam regni huius in capite eius. ℣ Et dominabitur a mari
usque ad mare et a flumine usque ad terminos orbis terrarum. Corona
eam iugiter iuniperi facient lacrimas. Lectio vi.
Domum et frigida mortis sementis facient mortuos tuos
Ve qui consurgitis mane ad ebrietatem sectandam et potan
dum usque ad uespertinum ut uino estuetis. ℣ Sicut mater
consolatur filios suos ita consolabor uos dicit dominus et de iuda inuenie
te quem elegi uenit uobis auxilium. Et uidebitis et gaudebit cor
uestrum. ℣ Dabo in sion salutem et israel gloriam meam. Et uide.
Cithara et lira et tympanum et tibia. Lectio vii.
Et uinum in conuiuiis uestris et opus domini non respici
tis nec opera manuum eius considerastis propterea captiuus